389a

Λυσιμάχεια. 197 π.Χ.

Λόγος Αλεξάνδρου Αιτωλού προς Φίλιππον. — Τ. Λίβιος Βιβ. XXXII Κεφ. 33. 4.

« . . . Lysimachiam pulso praetore et praesidio Aetolorum occupasse eum. Eadem fraude habere eum Thebas Phtias Echinum Larissam, et Pharsalum.

. . . .

Neque ego Cium expugnavi sed Prusiam socium et amicum oppugnantem adjuvi: et Lysimachiam ab Thracibus vindicavi sed quia me necessitas ad hoc bellum a custodia ejus avertit, Thraces habent.

193 π.Χ. — Βιβ. XXXIV Κεφ. 57

Hae legationes a C. Scribonio praetore urbano in senatum introductae sunt, benigneque omnibus responsum. Cum Antiocho quia longior disceptatio erat, decem legatis, quorum pars aut in Asia, aut Lysimachiae apud regem fuerant, delegata est

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

389β

Λυσιμάχεια. Ρωμαῖοι · 196 π.Χ.
Ελλήσποντος. Χερσόνησος. Μάδυτος. Σηστός
Σηλυμβρία. Αντίοχος

Τ. Λίβιος
Βιβλ. XXXIII
Κεφ. 38. 9.

Agitur et ipse ab Epheso ad Smyrnam obsidendam misit: et, quae Abydi copiae erant, praesidio tantum modico relicto, duci ad Lampsacum oppugnandam jussit. Nec vi tantum terrebat: sed per legatos leniter alloquendo castigandoque temeritatem et pertinatiam, spem conabatur facere, brevi quod peterent, habituros; [illegible] satis et ipsis et omnibus aliis appareret, [illegible] impetratam eos libertatem, non per occasionem raptam habere. Adversus quae respondebant « Nihil neque mirari neque succensere Antiochum debere, si spem libertatis differi non satis aequo animo paterentur. Ipse initio veris, navibus ab Epheso profectus, Hellespontum petit: terrestres copias trajici ab Abydo Chersonesum jussit. Quam ad Madytum, Chersonesi urbem terrestri navalem exercitum junxisset, quia clauserant portas circumdedit moenia armatis, et jam opera admoventi, deditio est facta. Item metus Sestum incolentes aliasque Chersonesi urbes in deditionem dedit. Lysimachiam inde omnibus simul navalibus terrestribusque copiis venit. Quam cum desertam ac stratam prope

Λυσιμάχεια - Ρωμαῖοι 196 π.Χ.
Σηλυμβρία. Αντίοχος. Πτολεμαῖος

omnem ruinis invenisset, ceperant autem, direptamque incederant Thraces pauci ante annis). cupido eum restituendi nobilem urbem et loco sitam opportuno cepit. Itaque omni cura simul est aggressus, et tecta murosque restituere, et partim redimere servientes Lysimachienses, partim fuga sparsos per Hellespontum Chersonesumque conquirere et contrahere: partim novos colonos, spe comodorum proposita, ascribere et omni modo frequentare; simul ut Thracum summoveretur metus, ipse parte dimidia terrestrium copiarum ad depopulandum proxima Thraciae est profectus, partem navalesque socios omnes reliquit in operibus reficiende urbis.

Sub hoc tempus et L. Cornelius, missus ab senatu ad dirimenda inter Antiochum Ptolemaeumque reges certamina, Selymbriae substitit: et decem legatorum P. Lentulus a Bargyliis, P. Villius et L. Terentius a Thaso Lysimachiam petierunt. Eodem et a Selymbria L. Cornelius et ex Thracia post paucos dies Antiochus convenerunt.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

389δ

Λυσιμάχεια. Ρωμαῖοι. 193 π.Χ.

Τ. Λίβιος
Βιβλ. XXXV
Κεφ. 15

Mors nuntiata Antiochi filii regis. . . . Magnus luctus in regia fuit. . . . Quo carior . . omnibus erat, eo mors ejus suspectior fuit. . . . . . . Eam quoque causam clandestino facinori adjecebant, quod quum Seleuco filio Lysimachiam dedisset, Antiocho quam similem daret sedem, ut procul ab se honore eum quoque ablegaret, non habuisset.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Βιβλ. XXXVII
Κεφ. 35.

190 π.Χ.

Advocati frequenti concilio legati verba sunt audita. . . Multis ante legationibus nequiequam ultro citroque de pace missis, eam ipsam fiduciam "impetrandi sibi esse" dixit "quod priores legati nihil impetrassent. Smyrnam enim et Lampsacum et Alexandriam Troadem et Lysimachiam in Europa jactatas in illis disceptationibus esse. Quarum Lysimachia jam cessisse regem ne quid in Europa habere eum dicerent. . . . .

Κεφ. 36

Lysimachia tenanda erat ne Chersonesum intraremus. aut ad Hellespontum obsistendum ne in Asiam trajeceremus.